

**Dissertatio literario-juridica inauguralis, de jure aureorum annulorum / [Pieter Burman].**

**Contributors**

Burmannus, Petrus, 1713-1778.

**Publication/Creation**

Utrecht : A. van Megen, 1734.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/q8cece2f>


**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



TRAJECTI AD RHENUM

Apud

ALEXANDRUM VAN MEGEN

Academie Typographum


fec: 1733

АДІЛІОЯЯЕТІЛ СІТАТ ЯЗІКІ

СІВЪ КОЗЬМА

ЕБІ

МІЯО ЕЯУА ВЯУ  
ІЧІХ ОІДИНА



DISSERTATIO LITERARIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
JURE AUREORUM  
ANNULORUM:

DUCE ET AUSPICE DEO TER OPT. MAX.  
*Ex auctoritate Magnifici Rectoris*

JACOBI VOORDA,  
J. U. D. Juris Civilis in iulustri hac Academia Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu & Nobilissima Facultatis JURIDICÆ decreto,  
PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis rite ac legitime consequendis,

*Eruditorum Examini submittit*


PETRUS BURMANNUS FR. FIL. ET NEP.  
AMSTELÆDAMENSIS.

*Ad diem 13. Augusti, L. H. Q. S.*



TRAJECTI ad RHENUM,  
Apud ALEXANDRUM VAN MEGEN,  
ACADEMIÆ TYPOGRAPHUM, MDCCXXXIV.

DISSESTITIO LITERARIO JURIDICA  
IN AGRICULTURA  
DE  
JURE AUREO JURUM  
ANNULO JURUM  
DCC ET AUSPICE DDO TER OPT. MAX.  
TUD. Iure Civilis in Imperio pacis Aucto  
mir Poloniae Orlensis  
nec non  
PRO CIVIBUS DOCTRINIS  
Suntque in IUSTITIA IURE Honore et Lige  
leges tunc se legitime configuntur  
Exequatur ex parte generali  
Intra annas ILLAS  
PACTA HABUNDANTIA  
L. M. D. 15. 11.



TRAETATIS IN  
ALEXANDRUM VAN MEEN  
ACADEMIA TULCENSIS, MDCCCLXV.





## P R A E F A T I O.

**T** laudabili Academiarum nostrarum mori  
satisfacerem, quo solent illi, qui decurso  
studiorum stadio tyrocinium deponentes  
aliquem honoris gradum ambiunt, speci-  
men quoddam industriae ac diligentiae na-  
vatae publico dare, varia sese mibi subinde obtule-  
runt, in quibus tenues ingenii vires periclitarer.  
Postquam enim in Leidensi Academia sub ductu &  
auspiciis venerandi Patrui mei Musis præsertim, at-  
que humanioribus literis, quibus maxime capiebar,  
operatus, ac postea in hoc Trajectino Lyceo, sub Viris  
Doctrinæ gloria conspicuis, elegantioris Jurispruden-  
tiæ & Legum Romanarum studium iis adjunxitsem,  
restabat etiam, ut aliqua Dissertatione conscripta con-  
staret illis, quibus ratio studiorum reddenda erat, me  
juveniles annos non omnino segniter aut ignave  
transegisse. In diversa, ut sit, agitabatur mibi ani-  
mus, & quid potissimum eligerem, non parum æstua-  
bam, cum tandem inclinavi in elegantissimam, sed &  
difficilem quoque, de jure aureorum annulorum mate-  
riam, de quo in Digestis & Codice integri habentur  
A. tituli

tituli: *Hos aliqua luce an adfuderim, & an feliciter mihi in hac materia explicanda successerit, lectoris arbitrium esto.* De annulis in genere multa quidem a *Viris Doctis* jam fuerunt literis mandata, quos enumerat *diligentia Celeb.* I. A. Fabricii in *Bibliograph. Antiquar.* cap. XVIII. 8. pag. 554. & seq. Præter autem Kirchmanni, Fortunii Liceti, aliorumque tractatus de *Annulis*, qui omnibus noti ac cogniti sunt, etiam librum de annulis *Vossio* dedicasse *Salmasium* scribit Colomes. in *Opusc.* pag. 817. sed errat. Numquam enim peculiarem de annulis dissertationem scripsit *Salmasius*, sed liber ille, quem *Vossio* sub nomine amici *Amstelædamensis* obtulit *Salmasius*, est specimen confutationis *Animadversionum Heraldi*, sive tractatus de subscribendis & signandis testamentis, in quo de annulis signatoriis eorumque usu in signandis testamentis differit. *Hugonis* etiam *Grotii* commentatio de annulis est adjecta *Henrici Kitschii* scripto de annulorum origine, usu, ac varietate, quod Lipsiæ an. 1614. in 4°. prodiisse testatur *Struvius* in *Biblioth. Juris* cap. VI. ubi pag. 227. dicit de jure annulorum scripsisse *Conradum Rittershusium* sub nomine *Eggeberti Schaumii*; sed quem librum, etiam si diligenter indagatum, mihi videre non licuit. *Christophorum* quoque *Colerum* de hoc argumento commen-tatum fuisse didici ex *Ejus notis ad Valer. Max.* lib. VIII. cap. 1. ex. 3. ubi promittit peculiarem libellum de jure annulorum, & quem jam prope adfectum se habere dicit. Etiam de annulis *Equitum Romanorum* adcuratam, variaque eruditione refertam disputationem suis in *Juvenalem Commentariis* intexuisse doctum quemdam Italum patet ex *M. Ant. Ferratii Epistolarum* lib. II. Epist. 2. sed quis sit nos ignora-

ramus, cum nomen Ejus, ad quem scribit Ferratius,  
Epistolæ non præfixum sit. De annulis quoque Syn-  
tagma edidit Francisc. Curtius Jesuita Antverp.  
1706. sed quod non magni momenti est, & nobis pa-  
rum aut nihil utilitatis adulit, cum non nisi Histo-  
ricis discursibus, nihil saepe ad rem facientibus &  
Theopoliticis monitis, ut titulus ipse jaicit, sit re-  
fertum. Cum vero speciatim ac dedita opera de hoc  
jure annulorum aureorum nemo, quod sciam, tracta-  
tum aut Dissertationem ediderit, ea quæ sparsim in  
virorum Doctorum scriptis adnotata observavimus,  
in ordinem collegimus & in chartam conjectimus. Va-  
le Lector, & hos juveniles conatus favore tuo prose-  
qui ne dedigneris.

20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000



DISSERTATIO LITERARIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
JURE AUREORUM  
ANNULORUM.

---

CAPUT I.

S U M M A R I U M.

Grammaticalia de annulis. annuli Etymon & orthographia. annuli varia significatio. de annulorum sculptura. annuli plures in digitis. Martialis locus. mos hominum otiosorum annulos spectandos dare. annulos osculabantur. annuli in magno pretio habiti. omnia ex annulis capta. annuli in luctu depositi. varia eorum genera. Signatoria. utensilia annulis obsignata. tradere annulum hæredis institutio. annuli pronubi, physici, hyberni & aestivi. &c.

**A**ntequam ad ipsam de jure aureorum Annulorum accedamus tractationem, generalia quædam de annulis eorumque variis generibus præmittemus, sed breviter, nam cum hanc

materiam Kirchmanni & Pitisci in Lexico Antiquario diligentia fere exhauserit, nobis vix spicilegium relictum est, & tantum quasi per satyram ab aliis sparsim adnotata hic colligemus, quæ in vi-  
rorum doctorum scriptis inter legendum se nobis obtulerunt.  
*annuli* vox ab *anno* deducta est, ut notavit Servius ad Virg. lib. v. *Æn.* v. 46. & sicut a gyro, in quem redit, annus dictus est  
quasi magnus circulus, sic inde *annulus* diminutive, quasi parvus  
circulus; ut tradit Varr. lib. v. de Ling. Latin. Hinc ultro pa-  
tet yocis Orthographia, & errare eos, qui *anulum* scribendum esse,  
& ab *anu* dictum, quæ circulum & podicem notat, Etymologia  
parum decora, contenderunt, liquet: quod defendant tamen Al-  
dus Manutius in Orthograph. pag. 41. Scalig. ad Varr. pag. 74.  
& probare etiam videtur Salmas. ad Hist. Aug. pag. 412. ac Taub-  
man. ad Plaut. Menæchm. act. 1. 1. 9. Sed refutarunt id satis Daus-  
quejus in Orthograph. pag. 33. & Cellarius pag. 88. præter vul-  
gatam significationem, qua pro ornamento dñitorum sumitur, etiam  
pro vinculo & compedibus vox *annuli* occurrit. Martial. lib. xi.  
Epigr. 38.

*Annulus iste tuis fuerat modo eruribus aptus.*

Vide Colv. ad Apulej. pag. 130. & Celeb. Duker. ad Flor. iv.  
8. 5. & *annuli* etiam dicti capilli in modum annulorum torti, un-  
de *in annulum torquere capillos*. de quo more vid. Salmas. ad Hist.  
Aug. pag. 131. *annuli* autem veterum variis characteribus in ma-  
teria ipsa annuli impressis, postea gemmis quoque & pretiosis la-  
pidibus adscitis, erant ornati, & effigies Deorum, Majorum, Cæ-  
sarum, Virorum inlustrium, & animalium quoque iis erant insculp-  
tae. vid. Meurs. Exerc. Critic. part. 2. cap. 1 x. cum vero *annulorum*  
apud Romanos usus frequentari magis cepit, non eo fine contenti  
fuere, ut unum digitis induerent, verum & multos immo in sin-  
gulis digitis plures quam unum annulum gestavcrunt luxuriosi.  
Ovid. 111. Artis Amat. v. 446.

*Nec toga decipiat filo tenuissima: nec si*

*Annulus in digitis unus & alter erit.*

Mar.

Martialis lib. v. Epigram. xi.

*Sardonychas, smaragdos, adamantas, jaspidas, uno  
Versat in articulo Stella, Severe, meus.  
Multas in digitis, plures in carmine gemmas  
Invenies: inde est hec, puto, culta manus.*

ubi in versu primo cum vox *smaragdos* legi metricæ oppugnaret, Heinsius ad Petron. cap. LXXI. emendat *onychas*. Sed Dausque-jus in Orthograph. p. 341. *smaragos* corrigit, atque ita scribi debere a Græco σμαράγδῳ ex Etymologico Magno docet. Idem Epigram. LXI.

*Per cujus digitos currit levis annulus omnes.*

& hinc Trimalchionis fastus apud Petron. d. l. qui volebat *ornari annulis aureis quinque*. ubi vid. Heins. Id autem apud antiquos vitio datum, & multos annulos in digitis gestare semper mollitiei signum fuit habitum. vid. Kirchman. cap. XVII. & non nisi delicatos homines tot annulis usos putem atque otiosos, quorum mos etiam erat annulos in digitis frequenter versatos ac detractos vicissim spectandos inter se dare, de quo multa Eruditiss. Broukh. ad Tibull. lib. I. 7. 25. hinc & amantes inspiciendum invicem annulum cum osculo excipiebant. de quo ritu vide Andr. Schott. lib. v. Observat. cap. 3. Quanto autem in pretio habuerint annulos, patet exinde quod in rebus desperatis, veluti in fuga, abjectis & amissis aliis insignibus ad extremum usque eos retinebant. vid. Kirchman. c. XXV. & Celeb. Duker. ad Flor. lib. IV. 8. 5. omina etiam ex illis capta; nam plebi persuasum fuit, singultus comprimi, si ex sinistra manu annulum in longissimum dextræ digitum trajicerent. Id ex Plinio docet Venerandus Patruus meus, æterno mihi, dum in Copto numerabor, obsequio colendus, in notis ad Petron. cap. LXXIV. in luctu autem publico deponebant annulos. Livius lib. IX. cap. 9. *ex exemplo sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est*. Taberna circa forum clausæ, lati clavi, annuli aurei positi. & lib. XLIII. cap. 16.

## DISSERTATIO LITERARIO JURIDICA

exempli principes civitatis in conspectu populi annulis aureis positis, vestem mutarunt, ut supplices plebem circumirent. Hæc de annulis in genere. Varias eorum species ac diversa genera enumerat Plinius lib. xxxiiii. cap. i. ad quem locum multa commentatus est Jac. Pontan. lib. viii. Philocaliæ cap. 13. & plurima hic facientia concessit Laurent. lib. i. Polymath. Diss. xi. nos etiam quædam addemus. In manumissione, quæ fiebat inter amicos, quinque testes exhibiti, qui annulis subsignabant. vid. Herald. ad Martial. lib. ix. Epigr. 89 multa possent quoque coacervari de annulis signatoriis, quibus testamenta signabantur, sed cum eam materiam integro libro pertractaverit Salmas. de subscrib. & signand. testam. nos ea non adtingimus: de illis agit Imperator in §. 5. Inst. de testam. ordin. ubi vid. Interpretes Merillium & Cl. Otton. Porro de annulis signatoriis multi multa. vide Lips. ad Tacit. lib. ii. Ann. 2. Salmas. ad Hist. Aug. p. 412. Meurs. ad Lycophr. v. 508. & Juret. ad Symmach. lib. i. Epist. 12. in his annulis habebant characteres sive aposphragismata. Plin. lib. x. Epist. 16. in fine. vid. Rycq. de Capitol. cap. xxii. omnia etiam utensilia annulis obsignabant veteres, quod vocabant Græci σημαντήραι & κατασημαντήραι. vid. Salmas. de modo Usurar. p. 448. Meurs. d. l. Demst. de Etrur. Regal. Tom. i. lib. iii. cap. 28. in fine. & Taubm. ad Plaut. Casin. act. 2. sc. 1. i. Martial. lib. ix. Epigr. 89.

*Nunc signat meus annulus lagenam.*

tibi vid. Heraldum. & quidquid lubebat, etiam signabant, in primis quod abditum & secretum esse vellent. hinc morientes custodiæ caussa annulum tradebant hæredibus, quos instituebant. v. leg. 79. §. 21. ff. delegat. 2. quin & annulum tradere erat signum institutionis hæredum: hinc Alexander moriens Perdiccæ annulum suum tradidit, qua datione licet non voce esse nuncupatus regni hæres, judicio tamen electus videbatur. Justin. lib. xii. 15. in fine. De annulo pronubo, qui a sponso in pignus conjugii sponsæ datur, agitur in leg. 16. C. de Donation. hunc vocabant Græci δακτυλίον ὑπόλειον. vid. Salmas. de mod. Usur. p. 586. Tertullian. in Apolog. cap. 6. hunc annulum aureum dicit fuisse, qua in

## INAUGURALIS.

9

in re cum Plinio videtur pugnare, qui ferreum dicit, sed conciliat eos Kirchman. cap. xviii. & Rittershus. in Epist. ad Kirchm. post Gudianas Epist. 174. pag. 247. licet novissimus Tertulliani Commentator putet Plinium non de annulo pronubo loqui, sed de symbolo frugalitatis & modestiae, qua ad veteres illas horridasque Sabinas sponsa seu nova nupta revocaretur. plura de hoc annulo in sponzionibus dato ex Digestis vide apud Lindenbrog. ad Terent. Eunuch. Act. 3. sc. 4. 3. habuerunt etiam annulos Physicos, quibus putabant inesse vim sanandi vel avertendi morbi. vid. Casaub. ad Athenaeum lib. iii. cap. 34. p. 148. iisque contra serpentum morsus, omnesque dolores usi sunt, quod ex Graecorum scriptis probat Scalig. ad Manil. lib. v. 386. Denique Freherus lib. i. Parergon cap. 20. docet veteres habuisse annulos, quos hyeme, alios quos aestate, aliosque quos die natali gerebant, & hos magis honorificos fuisse: de quibus aestivis & hybernis annulis vide quoque Turneb. lib. xx. Advers. cap. 2. Sed latius haec excutere nostri instituti non est, cum alia de varuis annulorum generibus dabunt viri docti, ad quos Lectorem remittimus, Cælius Calcagnin. in Operib. p. 580 & 581. Ed. Basil. Pignor. in Symbol. Epistolic. Epist. i. Panciroll. Rer. memor. part. i. pag. m. 666--673. & lib. i. Variar. Lect. cap. xiv. Demsterus in splendido opere de Etrur. Regal. Tom. i. lib. iii. cap. 28. & Cæfalius de Romæ Splendor. cap. x. in Thesaur. Antiq. Graecar. Tom. ix. cap. 3. Itaque haec sufficient, licet plura cumulari & congeri possint. Quum vero tam promiscuus ac frequens omnibus erat annulorum usus, non tamen ejusdem qualitatis omnes erant annuli, nam quosdam ad ornatum tantum & luxum, ut ex hisce patet, alios ad decus & majestatem, quibus se ab inferiori hominum sorte distinguerent, gestaverunt veteres. Quod præcipue obtinuit in Equitibus & Senatoribus, qui se aureis annulis a plebe discernebant: quique ad hos proxime accedebant, libertate & ingenuitate Principis beneficio donati, quo servos libertosque ob duram eorum conditionem ornare necesse fuit, inpetrabant jus aureorum annulorum, de quo nunc in sequentibus capitibus videntur erit.

B

C A.

## C A P U T I I.

## S U M M A R I U M.

*Quibus jus aureorum annulorum præcipue indulgebatur. De Equitibus quadam. Equites splendidi & Inlustres. Senatores lato clavo, Equites angusto clavo utebantur, ut ab iis discernerentur. Locus Velleji Paterculi inlustratus. Lampridius explicatus. Equites a plebe distincti annulo aureo. Omnes equites qui censum habebant equestrem, habebant annulos aureos. Nemini iis uti licebat nisi qui Senator aut Eques esset. Annulos in lava manu gestaverunt. Iis quoque usos Equites, cum militarent, contra Lipsium adseritur. Annulus aureus a magistratibus dabatur Equitibus. Per eos imperabant jus sedendi in XIV. ordinibus in theatro. Annulos eos quando amitterebant. Si censum equestrem decoxissent. Si judicio damnati essent, & in bonorum cessione. Soli Equites & Senatores aureis, plebei ferreis utebantur annulis. Legati aureo annulo donati. Scribarum decuria varie. Scriba emto scripto questorio, & Decuria quastoria ad ordinem equestrem perveniebant & annulis aureis donabantur.*

*I*nter illos autem homines, quibus jus annulorum aureorum concedebatur, præcipui fuerunt Equites. Non operosum hic instituam excursum de Equestri ordine, aut distinctione equitum, quæ materia satis intricata ac difficilis nos a scopo longinqui abduceret, neque etiam hujus loci est. Id tantum sufficiat, discriminem primo esse inter Equites, & qui equestris ordinis, tum qui equestri loco nati essent. Primi idem sunt, nam quicumque eques est, idem & equestris ordinis; qui vero patre equite natus est, sed non Senator, is equestri loco natus esse dicitur, si vero patre Senatore natus, eques sed non equestri loco natus vocatur. Hanc distinctionem pluribus explicat *Manut. de Civit. Roman. pag. m. 6.* Quod ad coruim titulos adtinet, in genere ordo equestris amplissimus ordo vocatur. Vide *Cicer. pro Muren. cap. 39.* & notas ad *Sueton.*

## INAUGURALIS.

et

*ton. Vespas. c. 9.* Porro constat Equites divisos fuisse in *splendidos* & *inlustres*. Splendorum titulum proprie habebant illi, qui equum publicum, a Censoribus acceptum, suis alebant impensis, ut ex pluribus Ciceronis locis, & antiquis Inscriptioibus patet. Vide Reines. ad Class. 1. Inscript. 23. & Sponium in Miscell. Eud. Antiq. pag. 89. de hoc *splendorum* Equitum titulo agunt Ruben. lib. 1. de Re Vestiar. cap. XIV. pag. 86. & Pricæus ad Apulej. Apolog. p. 146. *Inlustres* autem Equites erant, qui censum Senatorium possidebant, licet Senatores non essent, sed proximum ad Senatoris dignitatem gradum habebant. Hos explicat Lipsius ad Tacit. lib. II. Annal. cap. 4. & Rykius ad 11. Ann. c. 59. & hi lato clavo, instar Senatorum, utebantur, quo a reliquis distinguerentur. Dion. Cass. lib. LIX. vide Ferrar. lib. 111. de Re Vestiar. c. 14. Ceteri enim equites angusto clavo discernebantur a Senatoribus, qui omnes erant laticlavii, equites vero tantum angusticlavii. Et sic distinguuntur clare in l. 42. ff. de Donat. inter Vir. & Uxor. quam inlustrat Cujac. lib. xii. Observ. cap. 49. sed quem errasse in explicatione lati clavi Senatorum, & angusti clavi equitum, ostendit Salmas. ad Histor. Aug. pag. 510. quem vide! Vellejus Paterc. lib. 11. cap. 88. de Moecenate Equite Rom. *Vixit angusti clavi paene contentus, nec minora consequi potuit, sed non concupivit.* Ubi vide Commentatores, quos locus ille valde vexavit, dum alii emendarunt, *angusti clavi paenula contentus*, alii, *angusti clavi honore contentus*. Sed ex adlatis ab Heinsio veterum exemplis patet, frequentissime τὸ *contentus* regere casum secundum, & sic hoc in loco capiendum, nisi quis malit cum Fr. Nansio in Curis secundis ad Nonni Paraphras. pag. 39. subintelligere *veste* vel *tunica*, Græca constructione, quod tamen non puto. De angusto clavo etiam intelligendus est Lampridius in Alexandro Severo pag. m. 123. *Tum satis esse constituit, ut Equites Romani a senatoribus clavi qualitate discernerentur.* Hoc est, instituisse Severum, ut Senatorum propria eslet laticlavia tunica, Equitum angusticlavia, cum antea etiam latum clavum Equites gererent. Sic recte explicat Casaubonus. De his, quæ præmitenda duxi ad discrimen quo Equites a Senatoribus distinguebantur, plura dabunt Rei Vestiarie Scriptores. Ut vero angustus clavus Equitem a Se-

natore distinguebat, sic eumdem a plebe discernebant annuli aurei; quorum jus omnibus equitibus communis erat. Plinius lib. XXXII. cap. 1. non procul a fine. *Annuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annulis senatum tantum.* Idem in cap. 2. tradit annularum aureorum auctoritati formam constitutam esse C. Asinio Pollione, & C. Antistio Vetere Coss. A. U. C. DCCLXXV. & addit, *constitutum fuisse ne cui id jus esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno secesserat cccc. census fuisse, & lege Julia theatrali in XIV. ordinibus sedendi.* Hic autem census cccc. secesserium in bonis, non vero in redditibus annuis, ut quidam opinantur, constabat, quod contra alios adserit Ferrar. lib. 1. Elector. cap. 20. & vide de eo Hotoman. ad Cic. Orat. pro Rosc. Amer. cap. 49. quo facit Arnobii locus lib. IV. *Pecunia donat annulos aureos.* Nemini vero permisum erat hoc jure uti, nisi qui Senator aut Eques esset. Dion. Cass. lib. XLVI. *Τῶν πάλαι ρωμαίων εδει δικτυλίοις χρυσοῖς, πτλῷ τε βελεύλῳ καὶ ιπτίῳ, χρησθεῖσην.* Nulli olim Romanorum aureos licuit gestare annulos, excepto Senatore & Equite. Hunc annulum gestabant in manu laeva, ut patet ex Ovidio, lib. III. Amor. 8. 15. in riyalem suum, qui sanguine pastus eques erat,

*Laeva Manus, cui nunc serum male convenit aurum,  
Scuta tulit, dextram tange, cruenta fuit.*

Silius Italicus lib. XI. 536.

*Testes hi stragis, quos signum illustre superbis  
Mos Laeva gestare viris: tum funditur ante  
Ora admirantium præfulgens annulus auro.*

Ubi vide Dan. Heinsius. Sueton. Cæs. cap. 33. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis, quod accidit opinione falsa. Nam cum in adloquendo exhortandove, sapius digitum Laevae Manus ostentans adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, annulum quoque aequo animo detracturum sibi, extrema concio pro dicto accepit, quod visu suspicabatur, promissumque jus annularum cum millibus quadrigenis fama distulit. Et ita quoque illi, qui sub Imperatoribus ex liber-

bertina conditione ingenui facti dignitate equestri atque annulis aureis ornati erant, quo referendus est Statius lib. 111. Sylv. 3.

*Mutauitque genus, Laevaeque ignobile ferrum  
Exuit, & celse natorum aquavit honori.*

De quo loco infra agendum erit. Verosimile etiam est hunc annulum gestasse in laevæ manus digito, qui minimo proximus est, ut solebant veteres, ac propterea digitum illum *annularem* vocabant. Vide Gell. lib. x. cap. 10. & Macrob. lib. vii. Saturn. cap. 13. quæ loca explicant Bernegg. in *Diatrib. ad Sueton.* pag. 72. & Panciroli. *Rer. Memorab. part. 1. pag. 671.* rationes enumerat M. Piccarus in *Epist. ad Kirchm.* post Gudian. CLXXXIIII. pag. 255.

Ut autem Equites Romani annulis aureis in urbe utebantur, quæriuntur, an etiam, cum militarent, habuerint jus illud annulos gerendi, quod Tribunis erat concessum? Id negat Justus Lipsius lib. 11. Elector. cap. 8 & in rem suam profert locum Appiani Alexandrini in Bell. Punicis pag. m. 104. τὸς δὲ χιλιάρχος ἐρδυνσάμην Θατὰ νεκροῦ, καὶ δόπον σφραγίδος δύρων (χευσοφορῆς γὰρ τοῦ σεργετῶνθιων οἱ χιλιάρχοι, τῷ ἐλαττόνῳ σιδηροφορήντων) ἔθαψεν αὐτὸς. Tribunos autem quasitos inter cadavera, & aureorum annulorum agnitos indicio (his enim differunt a vulgo militum ferreos gestantium) sepelivit. Sed per ἐλαττόνες σιδηροφορεῖτε Tullius in notis ad illum locum intelligit pedites & gregarios milites, qui ferreorum annulorum usum habebant, quod & ipse Lipsius postea monuit in opere de Militia Romana; contra quem contrarium etiam adseruit Kirchman. de Annulis cap. xv. pag. 126. & 127. nam Tribunis militum, qui aureis annulis insigniti erant, non minores dignitate erant Equites, ideoque etiam verosimile est Equites pariter ac Tribunos, dum militarent, gestasse annulos aureos, cum reliqui milites gregarii ac pedites ferreis induiti erant, quibus postea demum aureis quoque uti permisit Imperator Seuerus. Vide Stewechium ad Veget. lib. 11. cap. 7. pag. 77. Hoc vero equestris dignitatis insigne dabantur Equiti a Magistratibus, neque enim licebat Equitibus Romanis nisi annulis, nisi a prætoribus iis donati essent, ut ait Acron ad Horat. lib. 11. Sat. 7. vñ. 53. de Roscio, qui a Sulla Dictatore dona-

tus est aureo annulo, ita Macrob. lib. 11. Saturn. 10. *Is est Roscius, qui etiam & L. Sulla carissimus fuit, & annulo aureo ab eodem Dictatore donatus est.* Et quidem ut eo jure illos adficerent, quo gaudebant, si a Censoribus lecti Equites essent. Præcipuum inter ea erat, ut in theatro, in quo antea Senatores preparati spectabant, haberent jus sedendi in xiv. ordinibus, qui Equitibus dati sunt Lege Roscia A.U.685. de eo accipe Plinii locum lib. 111. Epist. 2. caret ambitu, ideoque se in Equestri gradu tenuit, cum facile posset ascendere altissimum. Ubi vide notas. de Laberio Sueton. in Cæs. cap. 39. *Ludis Decimus Laberius eques Romanus, minimum suum egit, donatusque quingentis sestertiis, & annulo aureo, sestum in quatuordecim e scena per orchestram transiit.* De quo etiam vide Macrob. lib. 11. Saturn. cap. 3. Non exscribam, quæ de his xiv. ordinibus passim adnotarunt Viri Eruditæ. Late de iis agit Doctissimus Massonius in vita Horatii a pag. 212. ad p. 118. Siginus lib. 11. de Antiq. Jur. Civ. Rom. cap. 19. quibus addi possunt Torrent. ad Sueton. Ner. cap. x1. Lipsius ad Tacit. xv. Annal. cap. 32. & de Amphitr. cap. xiv. Quemadmodum autem equum publicum, quo donati equestris ordinis dignitatem adipiscabantur, poenæ causa Censores rursus iis adimebant, (de quo v. Freher. lib. 11. Pareg. cap. 18. in fine) ita etiam si bona sua decoxiscent, neque amplius censum equestrem habebant, annuli aurei insigne illis auferebatur. Notus de hac re est locus Juvenalis Sat. x1. vi. 42.

*Talibus a Dominis post cuncta novissimus exit  
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.*

Hinc facetum Martialis Epigramma in Macrum, qui ordinis equestris erat, sed nimis multa munera atque annulos puellis dando ita censum equestrem inminuerat, ut ipse annulum suum deponere cogeretur, lib. viii. Epigr. 5.

*Dum donas, Macer, annulos puellis,  
Desisti, Macer, annulos habere.*

Vide Pricacum ad Apulej. Apolog. pag. 169. & Sigon. lib. 11. c. 3.

c. 3. pag. 284. Deponere etiam annulum debebant, si judicio  
damnati essent, ut de Arelio Fusco auctor est Plinius lib. XXXII.  
cap. 12. In bonorum quoque cessione inter alias verborum sol-  
lemnitates deponi jubebantur annuli aurei, & cujuscumque ordi-  
nis ac dignitatis insignia. Apulejus in Apologia: *Lex negat posse  
dissolvere, annulos aureos & omnia insignia dignitatis abicit, cum  
creditoribus depaciscitur.* ubi vide Scip. Gentilem. pag. 367.

Aureis tamen annulis ipsos Senatores & Equites antiquioribus  
temporibus non usos, sed ferreis patet ex Plinio lib. XXXII. cap. 1. ubi  
trudit antiquitus modo in usu fuisse ferreum annulum, ita ut Senatus  
longo tempore aureis caruerit. Postea tamen invalescente eorum  
usu, Senatorum Equitumque proprius ac præcipuus ornatus fuit  
annulus aureus: quin & bello Punico secundo promiscue omnes  
gestasse aureos colligunt ex Historia Annibal. qui clade Roma-  
nis ad Cannas intata Carthaginem misit tres annulorum modios,  
quos digitis mortuorum detraherat. vide Livium lib. XXIII. Plin.  
lib. XXXIII. 1. & L. Vivem ad Augustin. de Civit. Dei lib. IIII.  
p. 334. Ex hoc ingenti numero concludunt annulos tam com-  
munis usus fuisse, ut plebeji aliquique etiam gregarii milites eos ge-  
stare debuerint, quia aliter fidem excederet. Sed recte Ferrar. lib.  
1. Elector. cap. 21. ubi multa de Annulis collegit, ostendit mo-  
dium unum continuissime mensuram Quartarii; & ita trium modio-  
rum summa non adeo incredibilis videtur, etiamsi senatores &  
Equites soli jus annulos aureos gestandi habuerint: quod unice  
verum est, nam ibidem Livius tradit Magonem Poenum annu-  
los eos in Curia effudentem dixisse, neminem aurci annuli insi-  
gne ferre nisi Equites, & corum primores. De hac re ita Valer.  
Max. lib. VII. 2. ext. 16. narrat, *Magonem Cannensis pugna exi-  
tum senatri Poenorum nuntiasse, & in sancti successus fidem annulos  
aureos trium modiorum mensuram explentes, & qui Romanis  
Civibus detracti erant, fudisse.* Et sic deinceps fuere semper in-  
ter se distincti, ut Equites Senatoresque aureos, plebeji ferreos ha-  
berent annulos. hinc de libertino Statius lib. IIII. Sylv. 3. 143.  
vocat ignobile ferrum. & hoc patet unice ex festivo Martialis Epi-  
grammate lib. XI. Ep. 29. in Zoilum, qui ex servili conditione  
pervenerat ad equestrem dignitatem,

Hab

Has cum gemina compede dedicat catenas,  
Saturne, tibi, Zoilus, annulos priores.

nimirum dedicabat annulos priores, idest ferreos, servorum compedes, cum nunc aureos adeptus esset eques factus. vide illic Ramireziū de Prado. & clare Plinius loco saepius laudato dicit, *annulos aureos alterum ordinem*, equites nempe, *distinxisse a plebo*. Sed & verosimile non est, in bello omnes milites promiscue aureis fuisse ornatos, cum aperte Appianus Alexandr. loco supra adducto, dicat Tribunos militum, ac proinde etiam Equites illis non minores, differre his annulis a vulgo militum ferreos gestantium: *χευσοφοράς γαρ* inquit, *τῶν σερατῶν μένων οἱ χιλίαρχοι, τῶν ἐλαπτόνων σιδηροφοράντων*. Neque tamen negaverim, posterioribus temporibus promiscue aureos omnibus etiam gregariis militibus esse concessos: præsertim cum Severus, teste Herodiano lib. III. cap. 8. *Ἰοῖς σερατώτας πολλὰ συνεχώρησε, ἀ μὴ πρότερον ἔχον, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρύσασθε ἐπέτρεψε. militibus multa indulxit, quae numquam antea habuerant,* & annulis aureis uti permisit. Sed cum hæc contra priscae Reipubl. morem a Severo facta sint, ea non universim sunt accipienda. Hæc de Equitibus in genere dicta sufficient, etiamsi plura addere in promtu foret, quæ latius excutiunt Kirchman. cap. XV. & XVI. Faber lib. II. Semestr. 6. Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. lib. II. cap. 3. Torrent. ad Sueton. Cæs. cap. 3. & prolixo Ferratius lib. II. Epist. 2. multique alii, quos adnotare supersedeo. Legatis porro annulos aureos dedisse Romanos auctor est Plinius lib. XXXIII. cap. 1. *Siquidem his tantum, qui legati ad exteris gentes ituri essent, annuli aurei publice dabantur, credo, quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur, neque aliis uti mos fuit, quam qui ex ea causa publice accepissent.* cuius rei ratio fuit, quia cum ex omni ordine mitterentur multi, ut Senatores, qui præcipue ad legationes eligabantur, eo ornamento alias carere necesse habebant. vide Alb. Gentil. lib. I. de Legation. cap. 18. in fine. Scribas etiam annulo aureo donatos esse, & ad Equestrem dignitatem pervenisse legimus. Eorum ordo erat satis honestus, quia, ut Cicero ait, illorum fidei tabulae publicae, & magistratum pericula committabantur. Negat tamen Sigonius lib. II. de Antiq. Jur. civ. Rom.

cap.

## INAUGURALIS.

*cap. 8.* in fine, scribarum ordinem admodum gravem aut honestum fuisse, quem refutat Guther. lib. 11. de Jur. Pontif. c. 13. & probat etiam Torrent. ad Horat. 1. Sat. 5. 66. ubi de iis agit. Hoc tamen distinguendum, quod pro dignitate magistratum, quibus se addicebant, magis vel minus honorati essent: hinc semper titulis suis adscribebant, quibus magistratibus inserviissent, ut scriba *quaestorius*, *adilitius* &c. vide Turneb. lib. xi. Advers. cap. 10. in fine. sic scribae librarii *quaestorii* mentio est apud Fabrett. cap. x. pag. 719. & Gruter. pag. DCXXVII. 5. ubi pro *SER. LIBR. QUÆSTORIUS* Reines. in Epist. ad Rupert. p. 158. legit; *SCRIBA LIBR. QUÆSTORIUS*. Ex eo etiam quod hoc munus Equite Romano non indignum erat, honestum scribarum ordinem fuisse pluribus probat Fabrett. ad Inscript. Antiq. cap. vii. pag. 458. Ingens illorum Romæ erat numerus, ideoque in certas fuere divisi centurias, quæ a magistratibus illis, quibus operam suam locabant, nomen sortiebantur, ut inter se distinguerentur. Sic erant scribae *adilitii*, *prætorii*, *quaestorii*, *tribunitii*, aliique. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. m. 138. Vales. ad Ammian. Marc. lib. xxviii. 6. & Reines. in Epist. ad Rupert. xxxi. Hi vero magistratus, ut *quaestores*, *prætoresque*, ex pecuniis & vectigalibus publicis, quæ populi stipendiarii solvebant, deducebant duas quinquagesimas, quae scribis suis concedebant. His autem nummis emebant sibi Decuriam *quaestoriam*, qua comparata, cum antea essent liberti plerumque vel libertini, pro Equite Romano gerere se poterant. de Sarmento scriba notus est locus Scholiastræ Juvenalis ad Sat. v. v. 3. qui natione Thuscus ac libertus, emto scripto *Quæstorio* eques factus est, & in Decuriam *Quæstorianam* relatus. in quo loco male Casaubonum ad Sueton. Aug. cap. 32. *decuriam Quæstorianam* pro equestri accepisse observavit Vales. ad Ammian. d. l. Horatius etiam, antequam Mæcenatis munificencia adeo ditatus esset, munere scribae functus fuit, & ut in Ejus vita refert Suetonius, finita militia, *scriptum Quæstorianum comparavit*, ut nempe se pro Equite Romano gerere posset. *Scriptus* autem, ut recte adnotarunt Viri Docti, hic idem ac *scribatus*, significat scribae officium ac professionem. vide Reines. ad Inscript. Class. vi. 85. & de scripto *Quæstorio*, ac Decuria *Quæstoria*

C

in

in primis Epistolam Salmassi ad Saravium, quae inter Saravia-  
nas est LXXXII. pag. 82 & 83. quam tamen totam ex suis notis  
primae Editionis a Salmasio esse compilatam queritur Valesius ad  
Ammian. d. l. p. 590. Ed. Gronov. vide etiam de hac re Mallonium  
in vita Horatii pag. 74. & seqq.

Tali autem scripto emto Equites etiam Romani siebant, ac  
proinde annulis donabantur aureis. de Verre, qui scribæ suo tantam  
pecuniam dederat, ut emta Decuria in secundum civitatis ordi-  
nem, hoc est equestrēm, venerit, atque annulo ab eo donatus fue-  
rit, ita Cicero in III. Verrin. cap. 80. *Hinc ille annulus aureus,*  
*quo tu istum in concione donasti, quæ tua donatio singulari impuden-*  
*tia prædita, nova Siculis omnibus, mihi vere etiam incredibilis vide-*  
*batur. & paullo post, Annulo est aureo scriba donatus, & ad eam*  
*donationem est concio advocata. Quod erat os tuum, cum videbas*  
*in concione, eos homines, quorum ex bonis annulus iste aureus donaba-*  
*tur, qui ipsi annulos aureos posuerant, liberisque detraxerant, ut effet*  
*unde scriba tuus hoc tuum munus ac beneficium tueretur?*

### C A P U T III.

#### S U M M A R I U M.

*Liberti jure annulorum donati, ut ingenui fierent. libertinis autem hoc*  
*jure interdictum. Quid liberti & libertini. non tamen plenam inge-*  
*nuitatem adipiscabantur liberti. a Cesare illud jus inpetrabant, &*  
*nomina mutabant. Statii locus explicatus, & in eo Salmasii emen-*  
*datio adserita: dubitatum de Campani distinctione inter annulo aureo*  
*donari, & annuli jus inpetrare. Requirebatur consensus Patrono-*  
*rum. Annulis ingenui facti civitatem Romanam etiam accipiebant.*  
*Constitutio Antonini Caracalli. in Tribus quoque urbanas refereban-*  
*tur, & in militiam poterant adsumi. Rationes cur non perfectam*  
*sed imaginariam tantum ingenuitatem consequerentur. Alii modo*  
*libertos efficiendi ingenios.*

Sub

**S**ub Imperatoribus vero liberti annulis aureis donabantur, ut jus ingenuitatis nanciserentur, ac proinde equestri etiam dignitate ornari possent: Libertinae autem conditionis hominibus usu annulorum lege publica erat interdictum: hinc ridiculus Trimalchionis libertini hominis fastus apud Petron. cap. LXXI. qui volebat ornari *annulis aureis quinque*. Quin & si hoc ornamento essent usi, lege Viscellia graviter in eos pro facti qualitate animadvertebatur. *I. 1. C. ad Leg. Viscel.* de Alexandro Severo testatur Lampridius in Ejus vita pag. 120, illum *numquam libertinos in equestrum locum redegisse*. hoc est, non donavisse jure aureorum annulorum, ut recte interpretatur Casaubonus. Hinc in Opilio Macrino libertino homine, ignobili ac prostibulo, notat Capitolinus in Ejus vita pag. 49. ex Aurelio victore, *Macrinum libertinum hominem prostibulum, senilibus officiis occupatum in domo Imperatoria, donatum fuisse annulis aureis, patrocinante sibi liberto suo Festo, sub Vero Antonino*. Vide Lips. de Magnitud. Rom. lib. IV. cap. 2. Sed non semper tamen id obtinuit, nam pro varia temporum conditione sub aliis Imperatoribus etiam haec variarunt, ac libertini quoque adsciti inter Equites, atque annulis honorati sunt. *Libertorum & libertinorum differentiam, eorumque varia genera non exponemus, quia haec satis explicuerunt Viri Docti.* vid. Casaub. ad Suet. Claud. 24. Ictos ad Caji Inst. lib. 1. Tit. 1. Pith. ad Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. XVI. 8. Rævard. lib. 1. Conjectan. cap. 8. & in primis Mercer. lib. 1. Opinion. 10. Libertia autem a Principe annulis donati, equestris, ut diximus, dignitatis fiunt, atque ingenuitatis jura consequuntur. *I. 5. b. t.* hoc Modestinus in leg. 14. ff. de Excusat. Tutor. vocat δίκαιον χρυσῶν δακτυλίων. licet potius imaginem ingenuitatis, non vero statum habeant. *I. un. Cod. ad Leg. Viscel.* nam pro ingenuis tantum habentur, & licet patronis nullum officium aut operas debant, illis tamen reverentiam & obsequium praestant. *I. 10. §. 3. ff. de in ius voc.* & ab eorum haereditate patroni non excluduntur. *I. 5. b. t.* sed & patronus praeteritus adversus illorum tabulas habet bonorum possessionem. *I. 3. de bon. libert.* Unde eos vivere quasi ingenuos, mori tamquam libertos ait Ulpian. *I. 3. ff. eod.* ubi in notis Gothofredus, & ad leg. 2. Cod. de natal. restit. observat, jure au-

aureorum annulorum donatos deterioris esse conditionis, quam qui natalibus restituebantur. Sed plerumque tamen simul utrumque jus petebatur, & hæc ratio videtur, cur ob illam materiarum adfinitatem Tribonianus conjunxerit titulos de jur. aur. ann. & de natalib. Restit. vide Maranum in Paratitlis Codicis. & Paponis Tractat. de Nobilit. v. arrest. 4. ad hoc jus annulorum libertis datum egregie facit Plinii locus lib. VI. Epist. 6. omitto quod Pallanti servo prætoria ornamenta offeruntur, quippe offeruntur a servis: mitto quod censem non exhortandum modo, verum etiam compellendum ad usum aureorum annulorum. ubi vide Catanæum. & Oizel. ad Caj. I. Inst. I. ac plura apud Mercer. lib. I. Opinion. cap. 8. Qui ergo hoc honore frui volebant, a Cæsare annulorum jus impetrabant, cuius rei exempla plurima in Rei Romanæ Scriptoribus occurrunt. Ex Dione lib. LIII. notum est Augustum, libertinæ conditionis hominem Antonium Musam medicum, a quo ex gravi aegritudine sanitati restitutus erat, jure aureorum annulorum donasse, eumque Equitem factum in XIV. ordinibus sedisse, in quem acerbissimum carmen scripsit Horatius Epop. IV. ubi hæc inter alia,

*Sectus flagellis hic triumviralibus  
 Praconis ad fastidium,  
 Arat Falerni mille fundi jugera,  
 Et Appiam mannis terit,  
 Sedilibusque magnus in primis eques  
 Othone contemto sedet.*

quem locum exponit P. Faber lib. II. Semestr. cap. 6. de Hycelio, vel Icello, ut alii scribunt, Galbae liberto, tradit Tacit. lib. I. Histor. cap. 13. cum annulis donatum equestri nomine Martianum vocatum fuisse. ubi multa hic pertinentia habent Commentatores; ex quo loco etiam adparet, nomen mutasse libertos si ingenui fierent, quod & in manumissis aut adoptatis obtinebat. vid. Mercer. in notis ad Aristænet. lib. I. pag. 252. de eodem Icello Sueton. in Galba cap. XIV. *libertus Icellus, paullo ante annulis aureis & Martiani cognomine ornatus, ac jam summi equestris gradus*

*candidatus.* ubi vide Casaub. de Asiatico liberto Vitellii tradic  
Sueton in illius vita cap. 12. *Primo Imperii die aureis eum dona-*  
*vit annulis super cænams, cum mane rogantibus pro eo cunctis desestatus*  
*esset severissime talem equestris ordinis maculam.* de eodem Tacitus  
lib. 11. Histor. cap. 57. *Postulante exercitu, ut libertum suum*  
*Asiaticum equestri dignitate donaret, in honestam adulacionem compe-*  
*scuit. Dein mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter secreta*  
*convivii largitur, honoravitque Asiaticum annulis, fœdum mancipium,*  
*& malis artibus ambitiosum.* Idem lib. 14. cap. 3. narrat de eo-  
dem Vitellio, servum Vergintii Capitonis, proditorem Tarracinen-  
sium, patibulo adfixum in iisdem annulis, quos acceptos a Vitellio ge-  
stabant. Vide plura apud Ferand. Adduens lib. 1. Explication.  
in Tom. 11. Thesaur. Juris. pag. 547. & Christ. Wilh. Eybe-  
nius de Ordin. Equestr. Vet. Rom. in Thesauro Salengri Tom.  
1. Sect. x. pag. 1104. *De annulis aureis & equestri dignitate li-*  
*bertino datis capiendus etiam est Papinius Statius lib. 111. Sylv.*  
*3. v. 145.*

*Aique idem in cuneos populum cum daxit equestres,*  
*Mutavitque genus, laveque ignobile ferrum*  
*Exuit, & celso natorum æquavit honore.*

quem locum antea obscurissimum primus inlustravit ac sanitati  
restituit Salmasius ad Hist. Aug. pag. 170. ultimum versum nul-  
lum sensum habentem ita emendans, & *celse natorum æquavit*  
*honori.* ubi etiam viros quosdam doctos graviter errasse ostendit,  
qui hæc de jure trium liberorum accipiebant: quæ tangunt Lipsi-  
um lib. 11. Elector. cap. 8. hos Statii versus ita explicantem.  
Et tamen post Lipsium eundem quoque errorem errasse dicendi  
sunt Gevart. cap. ix. Papinian. Lect. Pitiscus in Lexic. Antiq.  
Tom. 1. pag. 100. b. & Francisc. Curtius Jesuita in Syntagm.  
de Annul. cap. 1. sect. 5. pag. 74. qui putant Statium innuere pa-  
trem Etrusci, qui servus erat, a Vespasiano in equites relatum;  
& donatum aureo annulo, ac jure trium liberorum auctum. Sed  
quaenam celsitudo in jure trium liberorum esset, vellem explicuis-  
sent, & quo colore Latine dici posset, aliquem æquari celso na-

itorum honore, pro trium liberorum jure donari. Itaque palmaria ac verissima est Salmasii emendatio, quam plerique Viri Dicti amplexi sunt, & pluribus adstruxit Gronov. in Diatrib. Statian. pag. 32. p. 206 & 209. sensum etiam loci adsecuti sunt Bernardius ac Barthius in notis suis. Sed perperam Em. Cruceus cum Gevartio priorem sententiam defendere conatur; qui tamen postea hoc revocavit in Frondatione, sive Antidiatrib. pag. 62 & 63. & *colsum honorem* exponit dignitatem equestrem, qua Etruscus a Vespasiano fuit donatus, qui natorum suorum, hoc est Titi & Domitiani tunc nondum in Senatorium ordinem adlectorum, honori Etruscum acquabat. Sed hæc explicatio mihi videtur contorta ac durior. Locutionem autem *celse natus*, ut *alte natus* & simil. multis inlustavit Marklandus: qua constructione etiam apud Sueton. Galb. c. 14. pro *summi equestris gradus candidatus* Pontanus ad Macrob. lib. 11. Saturn. cap. 10. legit *summe equestris gradus*. Sed vide plura de hoc Statii loco apud Salmas. in Epist. ad Gronov. quæ præfixa est Gronovii Elencho Antidiatrib. Mercur. Frondat. a pag. 22 ad pag. 26. & Gronovium ipsum p. 111 & 112. De hac quoque aureorum annulorum donatione collegit quædam Freinshem. ad Flor. lib. 1. cap. 5. §. 6. ubi etiam videndus est Vir Celeberrimus, & meo præconio longe major, C. A. Dukerius, qui de Petri Fabri sententia dubitat, putantis, libertinos per jus aureorum annulorum quidem accepisse dignitatem equestrem, sed non Equites fuisse, nec dici potuisse, nisi etiam equo publico donati essent. Ceterum inter *annulo aureo donari*, & *inpetrare ius aurei annuli* ita distinguit Campianus de Offic. & Potest. Magistr. Rom. ad. leg. 2. ff. de Offic. Adsestor. pag. 470 & 471. quod libertus annulo aureo inpetrato restitueretur imaginariae ingenuorum conditioni; salvo manente patronatus jure. Si vero annulo aureo donabatur, statim in ordinem equestrem lectus erat, quo extinguebantur omnia patronorum jura, & omnis macula servitutis tollebatur. Igitur secundum hanc sententiam, qui in equestrem ordinem legebatur, annulo aureo donari dicebatur; sed qui jura ingenuitatis obtinebat, is annulum inpetrabat. Hinc numquam libertinos annulis donari dixerunt: Restitutus autem natalibus erat similis illi, qui annulo aureo donabatur, excepta dignitate,

tate, & perinde erat ac sic ingenuus natus esset. Quod discrimen non recte observasse Cujacium lib. viii. Observ. c. 14 & Connan. lib. ii. Comment. Juris cap. xii. ibidem adnotat. Sed dubito an semper hanc distinctionem observarint scriptores, & promiscue haec usurpata putem, praesertim cum id ipse apud Suetonium occurrere fateatur Campianus, & alia quoque Auctorum loca id evincant. Hos annulos ut impetrarent liberti ad ingenuitatem, & per eam jus quoque Quiritium consequendum, requireretur Patronorum consensus, quibus invitis aut ignorantibus si eos accepissent, adimebatur illis jus annulorum. l. 3. b. t. l. ult. C. de natal. rest. Plinius lib. x. Epist. 12. *Rogo indulgeas jus Quiritium L. Satrio Abascantio, & P. Casso Phosphoro, & Panchariae* (sive *P. Anchariae* ut legit Reines. ad Inscript. Class. ii. 2.) *Soteridi. Quod a te volentibus patronis peto.* Iis autem annulis aureis Principis beneficio acceptis non tantum ingenuitatem, sed & civitatem quoque Romanam adipiscabantur: non tamen inter veteres cives, ut puto, sed tantum inter novos censeri poterant, nam illi erant, qui ex peregrinitate per Principis benignitatem civitatis Romanæ erant facti participes. Vide Patruum meum in Dissert. de Vectigalib. cap. xi. pag. 166. Edit. noviss. sed Antoninus Caracallus, ut omnium, quicumque in Imperio Romano essent, eadem & æqualis foret conditio, omnes etiam civitate Romana sine discriminâ donavit. de quo intelligenda lex 17. ff. de Stat. hom. in orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt. Ratio fuit, non ut hoc honore omnes æqualiter adficeret, sed ut fiscum suum augeret vigesima haereditatum (de qua vide Academiae quondam Batavæ exi- mium decus Ant. Schulting. ad Paul. Sentent. lib. iv. tit. 6.) utque ad eam solvendam omnes perinde tenerentur. Dion Cassius in Excerptis Peirescianis pag. 745. ἡ Ἑρνα οὐ πομαίς πάτερ τοῦ εὐ τῇ αἴρχῃ αὐτοῦ λόγῳ μὴ τιμῶν, ἔργῳ δὲ σπώσ πλεισ αὐτῷ καὶ ἐν τοις τερεσ τερεσ, δῆ τὸ τέλος τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συνετελεῖν, αἰτηδειξεν Cuius rei causa etiam omnibus, qui in orbe Romano erant, civitatem dedit, specie quidem ipse iis honorem tribuens, sed revera ut fiscum suum augeret, quippe cum peregrini pleraque horum vectigalium non penderent. ad quem locum vide Valesii notas pag.

27 DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> LITERARIO JURIDICA

108. Hæc est celebris illa constitutio Antonini Caracalli, cuius male alii Antoninum Pium, alii Hadrianum auctorem fecere: constat enim jam inter Eruditos, non ab Antonino Pio, sed a Caracallo, sub quo vixit Ulpianus auctor hujus legis 17. hanc constitutionem editam fuisse, quod patebit ex iis, quæ prolixius de hac re disseruerunt Spanhem. in Orbe Roman. Exercit. 2. cap. 4. & 5. & Patruus meus de Vectigal. Pop. Rom. cap. xi. pag. 175. & seqq. qui docuit errorem hunc ortum esse ex confusione diversorum Antoninorum, qui cum plures fuerint, a Scriptoribus etiam non adcurate ad temporum rationem adtendentibus, fuere inter se confusi: hinc etiam non errasse putem Petr. Fabrum lib. III. Semestr. cap. xi. pag. 164. qui existimat SCtum Vitrasianum, cuius mentio fit in l. 30. §. 6. ff. de fideic. libert. referendum esse ad an. Urb. 918. imperante *Antonino Philosopho*, quem tamen carpit Cl. Otto in præfat. ad Tom. I. Thes. Jur. pag. ult. in fine. judicans referri illud SCtum debere ad *Marcum Aurelium*, quod profecto nondum ex Antiquitate didiceram, & M. Aurelium, atque **Antoninum Philosophum** diversos ac distinctos fuisse Imperatores nesciebam. Sed hoc *ως εν παρίδῳ*.

Hi autem liberti ingenuitatem adepti etiam in tribus urbanas referebantur, sed non statim ac civitatem naëti erant, tribus iis concedebatur: unde patet quanti id jus aureorum annulorum fuerit aestimatum. vid. Cujac. in Paratitl. ff. de Jur. aur. ann. & lib. VII. Observ. cap. 14. ac Brisslon. in libr. singul. de adulter. pag. 223. & seq. Porro & id quoque per annulos consecutos opinor libertos, quod his ornati ac proinde libertate donati in militiam, a qua servi alias prohibebantur, poterant adsumi: de qua re vid. Lud. Vivem ad Augustin. de Civit. Dei lib. III. pag. 335. ubi etiam in fine paginæ & initio sequentis quædam de jure annulorum collegit.

Ratio vero, cur per jus annulorum aureorum non perfectam, sed tantum imaginariam, ut antea diximus, ingenuitatem adipiscerentur liberti, hæc est, quod in servitutem potuerint revocari manente jure Patronatus. vid. Mercer. lib. 1. Opinion. cap. 8. & pro parte tantum libertus fit ingenuus scilicet intuitu extraneorum, ut videtur, non respectu patroni: Quia necari potest in adulterio repertus, l. 42. ff. de adulst. domino etiam occiso torturis subjicitur, l. 11. ff. ad Sæt. Syllan. deinde tutelam

tutelam liberorum patroni debet gerere, item moritur ut libertus. v. Mercer. d. l. & adde Brisson. de Adult. cap. iv. pag. 224. & de jure Connub. pag. 568. & patronum ad hæreditatem admittit. l. pen. ff. de jur. aur. ann. & l. 3. ff. de bon. libert. non tamen operas ei debet. arg. l. 47. de oper. libert. nisi inpetratum sit salvo jure patroni. l. sli. ff. de jur. aur. ann. Reverentiam etiam, quæ a libertis debetur patronis, præstare tenetur, & jus quod aduersus ingratis libertos patronis competit, integrum reservatur. l. 3. C. de bon. libert. l. 10. §. 3. ff. de in jus voc. idque ideo quia usus aureorum annulorum, ut habetur in l. 2. C. de Jur. aur. ann. beneficio principali tributus libertini (sic legit Pignor. Symbol. Epistol. pag. 9. non ut alii libertatis aut libertinitatis) quoad vivunt imaginem, non statum ingenuitatis prestat. ad quam legem consule etiam Mercerum, qui Cujacii crisin recte videtur refellere.

Neque tamen sola hæc erat annulorum datio, per quam ad ingenuitatem pervenire poterant liberti, cum & alii fuerunt modi, ut hoc addam, libertos efficiendi ingenuos. ut jurejurando. v. l. 30. §. 4. ff. de jurejur. l. 8. §. 1. ff. de in jus voc. item sententia judicum. l. 25. ff. de stat. hom. ubi vide Cujacium: tum si dominus Principi servum suum cubicularium obtulit, talis servus statim adipiscitur libertatem. v. leg. 4. C. de prapos. Sacr. cubic. plura habet Mercer. lib. 1. Opinion. cap. 8. quin & per Novell. LXXXVII. cap. 1. concessum omnibus libertis est jus aureorum annulorum, & qui servum libertate donavit ac manumisit, sine necessitate a Principe postulandi jus illud libertis consequitur. *Aubert. sed Eo-die C. de natal. Rest.* Per illam autem Novell. 78. omnem libertinorum conditionem sublatam esse putat Cujac. lib. iv. Observ. cap. 5. & vide de ea Casaub. ad Sueton. Aug. cap. 74. Sed dum Justiniano cordi fuit ingenuis magis hominibus quam libertis frequentari civitatem Romanam. l. 3. Cod. de bonis libert. vide Vul-tej. lib. 1. Jurispr. 5. num. 57. & ad tit. Inst. de libertin.

Hæc ad institutum nostrum sufficere de hac materia collecta arbitramur, etiamsi prolixius excuti illa possent, & adcuratius adhuc pertractari, sed ad quod uberioris otium & majores eruditioonis copiae requirerentur. Itaque hic pedem figimus.

F I N I S.

D

# THESES.

I.  
*Princeps nullis legibus civilibus solutus fuit.*

II.  
*Minores inviti non accipiunt curatores.*

III.  
*Ulpianum in definitione Jurisprudentiae inique a Turnebo & Conringio vanitatis accusatum existimamus.*

IV.  
*Ultima verba ut est constitutum in §. 8. Inst. de jur. Nat. Gent. & Civ. a Triboniano adjecta esse cum Bertrando censemus.*

V.  
*L. IX. D. de his qui not. inf. non est a Triboniano interpolata.*

VI.  
*Ad mortem damnatus testamentum condere non potest.*

VII.  
*Qui scelus aliquod, cum id prohibere posset, non impedit, ad paenam tenetur.*

Te-

D

ПЕРМОИАНИОН

Τετραγήνα αὐτοσχέδιο

Πρὸς τὸν Φίλατον

Ελλογιώτατον καὶ

П. ВОУРМАННОН.

Μαρσάν, καὶ Χαρίτων, καὶ αμέρεις συνύάντησις Θεόμητρος,  
Σ', "εκεῖθεν ἀμαρτίσαι, ΠΕΤΡΕ κράτιστε, λέγων.  
Ἐκ δὲ μόνης πᾶσιν τόδι ὄγκον σωτηρίας εἰσάγει,

ВОУРМАННОН ИОАНН, ТОДЫ ГЛАГОЛЮСИ.

G. D'ARNAUD.

# PETRO BURMANNO

FR. FIL. ET NEP.

Summos in Jure honores consecuto.

**O** castissima coelitum  
Proles, Mnemosynes genus,  
Quæ Pindi juga carmine  
Demulcetis amabili:  
Prodeas, bona turbæ.

**V**os coelestia gaudiis  
Inpletis Jovis atria:  
Vobis & maria, & patens  
Tellus imperio bene  
Temperantur amico.

**L**auris aureolas comas  
Implicate virentibus,  
Et vis ambrosia hoc die  
Gratis spiret odoribus.  
Prodeas, bona turba.

Hoc die Themis integra,  
Custos justitiæ Themis,  
(Qua vix ulla decentior  
Divarum) venit æthere.  
Prodeas, bona turba.

Tem-

Templi pandite januas,  
Pandite, huc aditum parat;  
En, viden', gladium gerit,  
Et quæ præmia dextera?  
Prodeas, bona turba.

Nam qualem Cinyreium  
Fovit deliciis Venus;  
Quali per tenebras Dea  
Furtim basia contulit  
Latmias prope rupes:

Talem, qui velut emicat  
Inter sidera Cynthia,  
Juris legitimi Themis  
Doctorem facit: o Dii,  
Prosperum date fulmen!

Adspice, ut PETRUS enitet  
Mentis viribus igneæ:  
Quam volentius audias  
Melle fabra madentia,  
Suadæ melle Latinæ.

Sic blande rubet hortulæ  
Enata Idaliis rosa,  
Quam verno Dea tempore  
Adflavit Cythereia  
Suavis nectare succi.

Sic Pallantias aureum  
Tollit Oceano caput:  
Florem sic Hyacinthinum  
Primo lumine decidens  
Ros argentea nutrit.

Hunc liquoribus inbuit  
Sacro e flumine Delius.  
O Fontes Aganippidos,  
O beatuli Apollinis,  
Musarumque recessus!

Huic artesque reconditas,  
Parnasique rosaria  
Pandunt Thespiades novem.  
Da lyram, puer, & modos  
Grato concine versu.

Vos, boni Juvenes, bona  
Dextras jungite virginis:  
Sit facer choreis dies.  
Da lyram, puer, & modos  
Grato concine versu.

Da fragrantia pocula,  
Suaveolentia cinnama,  
Concentusque loquaculos.  
Da lyram, puer, & modos  
Grato concine versu.

Te, PETRE, augeat in dies  
Alis Fama perennibus.  
Dumque Gloria te vehit  
Da lyram, puer, & modos  
Grato concine versu.

Ac Hymen tibi cum jugum  
Non insuave paraverit,  
Rursum non malus audies,  
Da lyram, puer, & modos  
Grato concine versu.

J. REEPMAKER.

# TER INWYDING

*Van den HEERE*

# PETRUS BURMAN.

*Tot Meester der beide Rechten.*

V erlaet me een oogenblik, en plaeg my duizent dagen,  
O Koorts, die al te fel myn bloet in vlammen zet,  
Vergun, dat ik in dicht myn Boezemvrient moog pryzen,  
Nu hy met zoo veel lof door Themis wordt gekroont:  
Ik zal uit dankbaerheit in witte feestgewaden  
Den wierook branden, voor uw Godtheit op 't altaer:  
Maer 't is vergeefs; helaes! ze is doof voor myne klagten,  
En pynt my meer en meer door haer verborge kracht.  
Vaer voort, welaen, vaer voort, ik zal niet langer smeeken:  
Daer 't bidden vruchtloos is, is 't billyk dat men zwygt:  
Doc my 't vermoogen van uw gramichap vry gevoelen,  
'k Zal echter zingen, zelfs in 't hevigst van uw woën.  
Geen krankheit zal my ooit myn PETRUS doen vergeeten:  
Al bringt me uw wreetheit op den oever van de doot,

Nog

Nog zoude ik zyn vernuft en aert in zangen roemen,

En BURMANS waerde naem zou sterven in myn mond.

Geachte Vrient, o vreugt en wellust van myn leeuen,

Myn arm verlangt u teer te omhelzen duizentmael,

Myn oogen u te zien met frische lauren pronken,

Die niemant met meer recht oit op zijn schedel droeg.

Gelukkig die, als gy, in d'uchtent zyner jaren

Door imborst, geest en deugt, by elk zich maekt vermaert!

Gelukkig, die, als gy, door edle zucht gedreven,

Niets hooger, dan 't bezit der wetenschappen acht.

Het heugt my nog, myn Heer, en 't zal my eeuwig heugen,

Hoe zeer ik was verblyt toen ik u eerstmael zag;

Myn zinnen waren door verwondring opgetoogen,

Dat 'k zoo veel kennis in een jongeling reets vond.

Toen, toen voorzag ik rects, dat ge eens de roem zoudt weezen

Der Nederlantsche jeugt, en Pallas lieveling.

Dit deedt my dagh aen dagh naer uw gezelschap trachten.

Myn hart was gansch vernoegt, als 'k aen uw zyde zat.

Ach waerom is de geest gevoelig van de smarte

Die 't broze lichaem drukt! Goon was ik zonder pyn,

Wat zoude ik blyken van oprechte vrientschap geeven

Aen hem die zevenwerf myn vrientschap waerdig is!

Indien dees ziekte (Apol ei wil zulks toch verhoeden)

My uit het leven rukt, zal ik in 't Zielendal

Uw Vaders edle schim door myn verhael verblyden;

Hem melden, dat gij d'eer van uwe Magen zyt.

'k Zal Naso spreken van uw kunstige gezangen,

Hem zeggen hoe zyn geest in uw gedicht herleeft,

Hoe gy door 't zacht gestreeel van uwe zuijre snaren

De Roomse poëzy by ons in luister houdt.

Vacr wel, geeerde Vrient, en blijf my steets beminnen;

Lief lang in Febus gunst, gelecrheit tot een steun.

Verkryg het best, dat u de Goden gheeven kunnen,

Ik meen, word uwen Oom, uw grooten Oom gelyk:

HUBERT GREGORIUS VAN VRYHOFF

HICREAST GREGORIUS VAN RYHOEVE